

gentium? Donato, Pelagio quot favere
Antisitites? Africani longè plures Cypriani
sententiam approbarunt, quām Quesnellus
enumeret sui operis defensores. Plus autem
scientiæ Theologicæ his adscribere, quām
illis, nē Quesnellus quidem audeat, aut ipsi,
qui supersunt Quesnello fayentes Episcopi,
sibi tribui patientur. Quantam Antisititum,
& Doctorum seriem ostentat Arnaldus suffra-
gantem libro *de frequenti Communione!* His
multum cedit numerus Quesnelli, neque hic
suorum eruditionem præferre voluerit, eru-
ditioni omnium patrocinantium Arnaldino
volumini.

Non tamen propterea censuit Innocentius X. abstinentiam sibi à damnatione propositionis de bicipiti Ecclesiâ , neque Alexander VIII. parcendum propositionibus decimæ sextæ , decimæ septimæ , decimæ octavæ , inter 31. et si ex libro *de frequenti Communione* excerptas fuisse Sedi Apostolicæ considererit . Quis autem Episcopus conqueri auditus est , quasi de illatâ tot Præfulibus contumelia ? Nec ullus mirari visus est , si Arundalum , Quesnellum , Gerberonum , Walloonum , Jansenistas notissimos excipias , propositiones à tot Episcopis imprudentius approbatas , ad Sedis Apostolicâ Tribunal examinandas deferri . Inter *Episcopos doctissimos* à Quesnello adducitur Cardinalis Noallii in Archiepiscopatu decessor Franciscus de Harlay , cuius autoritatem subvertere Jansenistæ mille contumeliis conati sunt , sparsa etiam per compita libello famoso , quo promittebatur præmium divinanti , cuius fidei , aut religionis esset Archiepiscopus .

Comtempitos à Quesnello Eminentissimum Noallium, & Illusterrissimum Bosquetum ostendi capite præcedenti. Cæteros et si multis etiam nominibus venerandos, eruditione tamen claros extra Quesnelli vindicias non legimus, neque scio an aliud dederint hæc tenus eruditionis specimen extra Gallias notum, præter Quesnelliani operis approbationem, & forrè mandati aliquid de non admittenda Constitutione **UNIGENITUS**. *Theologos*, qui pro Quesnello calculum dederint, credamus ejus testimonio esse omnes gravissimos; nam si alia deforent, scientiæ defectum supplet quodcumque præstitum Janseniano operi suffragium. Talibus Novatenturientium elogiis pridem affuevimus. Hanc hæreticorum fraudem Franciscus Simonis parte secundâ primam posuit, se, suoque solos magni aestimare, ipsique Ecclesiæ ostentare formidabiles; ceteros contemnere omnes. Cacos facit homines superbia: non tamen nullo consilio superbi sunt hæretici; hoc agunt ut superciliosi sui Eccle-

*fiam ipsam terreant, nè quid aust contra here-
sim. Diceret Authorem ab annis quadragin-
ta Quesnelli epistolam prospexit. A multis
seculis Leontius lib. i. contra Nestor. & Eu-
tych. in principio, Se ipsos, inquit, sapien-
tes esse jubent, & sunt tanquam ex iussione, &
editio sapientia prædicti, quos eruditos esse fecit
velle tantum.*

Waldensis simile testatur de sui temporis hæreticis . Wickleffus , inquit , Doctores repente facit sua legis : Si autem semel hæresi sub balneati , fonte labia proluant Caballino ; aut se in suo bicipiti somniaffe Parnasso se meminerint , ut sic repente poëtae prodirent . . . ipsi semipaganis . Scilicet , ut observat Tertullianus lib. de Præscriptionibus adversus hæreses cap. 16 . *Nuquam facilius proficitur , quām in castris rebellium , ubi ipsum esse illic , promereret est .* Verūm extra novos hodie Augustini discipulos , & eis quomodolibet patrocinantes , nihil Quesnello & ejus affectis doctum est , nihil solidum , nihil sanctum , aut ullo dignum encomio . Extra factionem illam scilicet omnia corruptissima sunt . Alias retulimus Quesnelli sub fictio Abbatis titulo epistolam ad quendam Romanæ Curie Prælatum , ubi pag . 31 . dicitur maxima pars Cardinalium , & Theologorum Romanorum nihil intelligere .

Gerberon in Epistola consolatoria ad Autores Catholicos, quorum libri Romæ configuntur, ait, Censuræ illa sunt ab iis, qui nullo modo, nè levissimè quidem verâ Theologiâ intincti sunt. Idem in libello Strena, & monita salutaria data Inquisitoribus pro anno 1703. pag. 4. ait: Patiamini ut pro irritis, & nullis habeantur omnes vestræ Bullæ, quibus Augustinum Jansenii damnatis, cuius nè idioma quidem Latinum percipitis.

Canonicus Le Noir, ficto nomine Domini Bruleur, anno 1703. 3. Martii ad Quesnili scribens de Gallia Episcopis, conqueritur, plorosque Antisibites in illis Quæstionibus controversis ignorantes esse, nec velle discere. Joannes Van Heumen Missionarius Hollandicus in epistola typis edita anno 1704. vocat Monachos spiritualem Ecclesiam faciem: Henricus Schoor Baccalaureus Lovaniensis in Mercurio quernulo pag. 4. vocat Mercurium Monachorum, & mendaciorum Deum, pag. 8. ait Monachis sinciput per multa secula non fuisse sanum. Egidius de Witte in Denuntiatione solenni Bullæ CLEMENTIS XI. vineam Domini Sabaoth, alloquens Ecclesiam ait: Conjurasse contra te videtur universitas populi Christiani à minimo usque ad maximum, præter Jansenii discipulos, præter quos pag. 8. Terra infecta est à lue Pelagiana.

Alius libellus, Depulso excommunicatio-
nis attentæ in Matthiam Torckium anno 1709.
pag.